

DOS DOCUMENTS DE L'ARXIU
DEL CONVENT DE SANT FRANCESC
DE BARCELONA

per

FRANCESCO GIUNTA

Professor a la Facultat de Lletres de la
Universitat de Palerm

No podríem fer un homenatge millor a Ferran Soldevila que el de restituir a la seva ciutat natal dos documents de l'arxiu dispers del convent de Sant Francesc de Barcelona. Els dos documents vingueren a raure a Palerm en època imprecisa i foren venuts a un antiquari, al qual els hem comprats. Són el document núm. 8 i el núm. 17 de l'arxiu del convent barceloní, i tenen una certa importància històrica, l'un perquè es refereix a l'època de la introducció dels Frares Menors dins l'àrea de la Corona catalano-aragonesa, l'altre perquè ens ofereix algunes notícies interessants sobre els dipòsits monetaris dels reis catalans.

La butlla del papa Innocenci IV és del 16 de juliol de 1247 i sol·licita de Jaume I *el Conqueridor* tota la seva protecció i el seu ajut per als Frares Menors. No fou registrada ni en els *Annales Minorum* de Wadding, ni en els *Regesta* de Potthast: subratlla, doncs, una relació nova entre el papa i el rei Jaume, el qual, d'altra part, havia demostrat la seva simpatia envers els franciscans amb la fundació, el 1245, del convent de Sant Francesc de Cervera, dedicat a Santa Maria de Jesús (*Anales de Cataluña*, II, 51).

El segon pergami conté la transcripció feta el 8 de maig de 1338 pel notari barceloní Pere de Folquers d'un document de Pere *el Cerimoniós* del 22 d'abril d'aquell any, amb el qual el rei ordenava que les rendes de la seca de Vila d'Esglésies fossin dipositades en una caixa que es trobava en el convent dels Frares Menors de Barcelona. La mesura era presa pel rei Pere i pel seu oncle, l'infant Pere, com a executors de l'última voluntat del rei Alfons *el Benigne*.

Els dos exemples que arriben avui al nostre coneixement ens fan suposar fàcilment la importància de l'arxiu franciscà de Barcelona, que ens podria permetre d'esclarir alguns aspectes importants de la història interna de Catalunya.

1

El papa Innocenci IV recomana a Jaume I de Catalunya-Aragó els Frares Menors

1247, juliol, 16. Lió

Pergamí conservat a la Biblioteca privada Giunta (Palerm), en òptim estat de conservació, amb butlla de plom pendent. Al verso, una mà coetània escriví: «N. 8».

Innocentius episcopus servus servorum Dei Carissimo in Christo filio illustri Regi Aragonum salutem et apostolicam benedictionem. Ad illa meritorum opera in valle huius exilii diligenti studio seminanda celsitudinem tuam | libentius invitamus que a pietate vite que nunc est et future promissionem habente fructuosius sua | detur ut temporali regno regnum succedit eternum et sedes venerandi fastigii non tollatur sed plenitudinem immensi gaudii perceptura in melius commutetur. Cum igitur dilecti filii fratres minores | in tui regni gloriosa latitudine commorantes pro illius sint honore dignis promovendi subsidiis et de|fensandi auxiliis oportunis cui mundi superbia conculcata se dedicaverunt in spiritus humilitate contriti | serenitatem regiam rogandam attentius duximus et monendam quatinus divini respectus intuitu et | ob reverentiam apostolice sedis et nostram eosdem habere debeas propensius commendantes ipsos potenti benignus | protecturus auxilio ne pravorum molestiis a profectu impediatur pacifico sui cursus ut pro tam | piorum exhibitione favorabili studiorum promissiones Dei que omne desiderium superant consequaris. | Datum Lugduni xvii kal. Augusti pontificatus nostri anno quinto.

2

Transcripció notarial d'un document de Pere el Cerimoniós del 22 d'abril de 1338, amb el qual el rei, en compliment de l'última voluntat d'Alfons el Benigne, ordena el dipòsit en una caixa existent al convent dels Frares Menors de Barcelona de les rendes de la seca d'Esglésies

1338, maig, 8. Barcelona

Pergamí conservat a la Biblioteca privada Giunta (Palerm), en bon estat de conservació. Al verso, una mà coetània escriví: «N. 17» i la nota:

Translat de la carta qu'En Guillem Oliver deja respondre de les rendes et altres drets Arnau Ballister.

De mà del segle XVI es llegeix una segona anotació:

Privilegi del rey Don Pedro d'Aragó en lo qual mana als tasserers, mestres de la Seca y demés oficials despòsian totas las quantitas c'arribaran en las mans, en lo Convent de Sant Francesch de Barcelona en la caxa per dit effecte dedicada con en los còpies Reals que per dit effecte se havia posat en dit Convent.

De mà del vuit-cents hi ha encara una tercera anotació:

Privilegio spedito in Palermo (!) da Don Pedro d'Aragona nell'anno 1338 10 maggio in cui ordina al tesoriere e ai Maestri della Zecca di depositare tutto il denaro che era in loro poter nel Convento di S. Francesco in Barcellona, con la tassa da pagarsi in simile occasione e ne' cofani Reali che per detto effetto trovansi in detto Convento.

Aquesta darrera nota pot suggerir-nos l'època del transferiment dels documents a Sicília.

Hoc est translatum sumptum fideliter a quadam litera papirea jllustrissimi domini Petri Dei gracia Regis Aragonum sigillo eiusdem in dorso ipsius sigillata, cuius tenor talis est: Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone | et jnfans Petrus jllustrissimj dominj Jacobi bone memorie Regis Aragonum filius Rippacurcensis et Impuriensis Comes manumissores et exeutores testamenti seu ultime voluntatis jllustrissimj dominj Alfonsi bone memorie Regis Aragonum patris nostri dicti Regis et fratris | nostri dicti Infantis una cum alijs commanumissoribus nostris Ffidei nostro Guillelmo Oliverij Magistro monete ville Ecclesiarum salutem et gratiam. Cum per aliam literam nostram que data fuit calendario infrascripto tradiderimus in mandatis Duodo Soldani | et Jacobo ça mora camerlengis ville Ecclesiarum et alijs camerlengis presentibus et futuris quad de redditibus exitibus et proventibus Seca et argenteria dicte ville Ecclesiarum ville Maçargie domus nove et Conesie, vobis ut constituto et | ordinato per nos nostro nomine et aliorum commanumissorum nostrorum respondeant et non alij. Et nos velimus quod de predictis redditibus proventibus Seca argenterii et alijs juribus supradictis cum ipsos receperitis et ad manus vestras tenueritis respon|deatis et respondere faciatis dilecto Consiliario nostro Arnaldo Balistarij ad faciendum solucionis debitorum et jniuriarum dicti domini Regis una cum religioso fratre Arnaldo de Cannellis olim confessore dicti domini Regis Alfonsi et | dilecto Consiliario nostro Guillelmo de Jaffero legum doctore commanumissores et actore per nos ordinato vel substituto ab eo per ipsum Arnaldum Balistarij reponendis iuxta ordinacionem nostram jn quadam caxia que est fieri ordinata jn | domo ffratrum minorum civitatis Barchinone. Jdcirco vobis per presentes dicimus et mandamus quatenus de predictis omnibus respondeatis dicto Arnaldo Balistarij vel illo seu illis quos vobis duxerit intimandos. Recuperando ab ipso Arnaldo vel ab | illo cui aliquid duxeritis tradendum racione premissa apocham de tradicionem ipsa. Nos enim mandamus Magistro Racionali nostri dicti Regis vel cuicumque a vobis computum audituro quod predictas tradiciones vobis restituente cautelas et | hostendente presentem jn vestro computo recipiat seu admitat. | Datum Barchinone sub sigillo nostro regio decimo kal. Madij Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo Octavo.

Signum (S.T.) Guillemi de Bellera vicarij Barchinonensis et Vallensis qui huic translato suprascripto fideliter ab originali suo non cancellato nec in aliqua sua parte corrupto. Ex parte domini Regis | et auctoritate officij quo fungimur auctoritatem jmpendimus et decretum ut ei tamquam dicto suo originali fides plenaria ab omnibus jmpendatur appositionem per manum mei Barnardi Cau|lerij notarij publici barchinonensis ac scriptoris jurati Curie dicti vicarij hanc firmam hic apponentis vice et nomine Guillemi de Nogaria auctoritate Regia notarij publici barchinonensis ac scribere | ... dicti vicarij occupati alijs negocijs quibus circa hoc vaccare non poterat jn cuius posse dominus vicarius hanc firmam fecit viii^o jdus May Anno Domini Millesimo cccxxxvii^o | presentibus testibus Johanne Salati et Arnaldo de Cerone. Et jdem ego Barnardus Caulerij notarius predictum hunc scripsi et hoc meum signum (S.T.) hic apposui.

Signum (S.T.) Petri de Folquerijs auctoritate regia notarij publici barchinonensis. Qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobatum authenticatumque | a dicto vicario ut supra patet scribi fecit et clausit. vii^o Jdus Madij anno Domino Millesimo cccxxxvii^o cum litteris rasis et emendatis in linea secunda ubi dicitur et fratris | et in linea vii ubi scribitur ordinata.